


FRANCISCI  
**POLLETICA:**

TVACI V. C. HISTORIA FO-  
RI ROMANI RESTITVTA ET  
aucta per Philippum Broidæum Ariensem I. C.  
urbis duacenæ Consiliarum.

 **ACCESSERVNT EIVSDEM**  
Broidæi argumenta singulorum librorum, &  
Capitum, cum indice locupletissimo.



*noty conueniente  
de purgato delan  
de 1670  
de Aug. de Castro  
de en el de  
1702.*



**TVACI,**  
Ex officina Ioannis Bogardi, Typographi iurati,  
Sub Biblijs Aureis, Anno 1576.  
*Cum Gratia & Privilegio.*



**PHILIPPI BROIDAEI I. C.**  
**AD LIBRVM FORVM**  
epigramma.

Ito libelle foras, nec te ampliùs arca flagellet  
Nostra, nec inuitum scrinia clausa premant.  
Nec fas esse diu puto te interdicere luci,  
Atque foro, cum sis tu liber ipse forum.  
Esto foris te quando fori non ampliùs vrgent,  
Haudque foro debet claudier vlla foris.

*Cum Grat. & Privileg. Regia M. ad  
sexennium signatum De la Torre.*



ILLVSTRI, GENEROSOQVE  
DOMINO MAX AEMILIANO  
vilain Baroni, ac Domino de Ralsin-  
ghien, Isenghien, Calkene, S. Ioannis ad  
lapidē & cæt. Consiliario regio Doma-  
nij seu finantiarum diœceti, vrbiũ pro-  
uinciæq; Insularum Duaci, & Orchia-  
rum Rectori atq; iuridico, Proprætori  
comitatus Alostensis, creandis & præfi-  
ciendis Magistratibus Flandriæ Com-  
missario ordinario Domino suo obser-  
uandiss. Philippus Broidæus.

S. P.

**M**IRABITVR fortassis quispiã, nec  
immeritò illustris & generose Domi-  
ne, quòd hanc Historiam Fori ro-  
mani à Francisco Polleto Socero no-  
stro (quem honoris causa nomino) delineatam apud  
nos in triennium ferè compressimus, & velut aua-  
ri opes suas in arca, sic in forulis nostris hanc fla-  
gellauimus & strangulauimus, ut Martialis &  
Papinius loquuntur. Quid enim malignius, dicit  
ille, quàm ipsi foro forum inuidere? Cui ut respon-  
deam, non tam excusò occupationes, & calamitosa  
tempora, in qua incidimus, proh dolor, quanquam  
¶ 2      *utrumque*



# HISTORIA

## Fori Romani.

### ARGUMENTVM CAP. PRIMI.

¶ Forum describit, ac diuidit, & vtrique Foro Magistratus praeficit, inuidiamque deprecatur auctor.

### Caput primum.



**F**ORVM<sup>1</sup> est, quo res venum Forum.  
ab annonarijs, causæque distrahendæ à litigatoribus conferuntur. Nam forus, qui in Foras.  
ductus ab Isidoro<sup>2</sup> in ius latinorum obrepserat, nomine iustissimo, vt Reus peregrinitatis, dudum facessere iussus est: Et quod idem auctor commentus est etymon, cum Forū à fando,<sup>3</sup> vel Phoroneo Argiuo rege deducit. Etenim quàm notationū, in vocabulis ratio periculosa sit, adeò vt qui in ea versantur, sæpè aut deridiculi sint, aut cum intendunt indicem ad fontem, dictionem deriuaturi, in lubrico titubent, aliud pro alio commonstrantes, tamen in argumēto præsentī, tu-

B tissimum



DVACI,

EXCVDEBAT LODOVICVS DE  
VVINDE TYPOGRAPHVS

IVRATVS

An. 1573.

